

91 **M**ulceat imprimis fors intemerata SCHOLARCHAS,
Qvos non immerito pagina tota capit.
Nicolaus Künzel / Siles.

92 **H**ARTIGIUS referat vita Studioq; PARENTEM:
Sicut amat doctos, nos amet usq;, Libros.
Matthias Möller / Tornau-Hung.

93 **I**Nde VIRUM semper Schola cernat nostra BEATUM,
Gloria quem firmo docta vigore fovet.
Daniel Möller / Tornau-Hung.

94 **H**ENSELIUS magnam parvo sub nomine sortem;
Gaudeat ostendi, magnaq; cuncta ferat.
Andreas Klotzsch / Forstá-Lus.

95 **C**ONSUL consilio faustam qui sustinet Urbem;
Auxilio ludum consilioq; juvet.
Johannes Henricus Möller / Zitt.

96 **M**ultus ad externas qui nunc proficiscitur Urbes,
Non tamen a nostra corte remotus erit.
Johannes Philippus Meuer / Zitt.

97 **Q**uiq; novam Civis cultissimus incolit Urbem,
Nunc novus ad Scholica hæc septa Patronus eat.
Antonius Ernestus Knabe / Zitt.

98 **D**iligat hinc claram dilecta Silesia Zittam,
Campus & Elyfias undiq; spargat opes.
Conrad Gottlieb von Zedlitz / Sil.

99 **Q**vod bene susceptum est, multis quod crevit ab annis,
Huic bonus a coeli Numine finis erit.
Christianus Glaußwitz / Zitt.

